



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Blondus impetrata dimissione ab officio frustra tentat reducere affines  
suos haeresi imbutos. n. 24.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

1635.

tua Sion, ut adificantur muri Hierusalem, lapidem electum aliquando ipsum futurum innuisset Cœlestis Hierusalem; " Licet nunquam, inquit, perueniam ad Cœlum, modò te Deus glorificem, fiat voluntas tua.) Et, " Pone me vbi vis, age mecum liberè in omnibus; fiat, fiat, liberrimè, integerrimè, ex. acutissimè.

XXI. Ultimis vitæ horis, cùm iam præ debilitate vix loqui posset, prælegi sibi curauit Orationem illam Christi Domini quâ Apostolis va- ledicturus Patrem æternum precatus est; Et integrum quidem scientibus au- diuit auribus, ad illa tamen potissimum verba adjiciens animum Pater quos dedisti mibi, volo ut ubi ego sum, & illi mecum sint, ut videant clari- tatem meam, quam dedisti mibi; quia dilexisti me ante constitutionem mundi,

" Hoc nobis (inquit) usquequa conuenire videtur; extra autem hoc quid est quod mea refert? die Dominico (qui dies fuit illi supremus) cùm post duodecimam noctis, horâ non animaduersâ, ad subleuandam tussis mole- stiam paululum syrapi accepisset, re compertâ, non mediocri affligebatur dolore quod panis Angelici lumendi opportunitate carendum ei esset. Et Re- citor quidem, qui illi de nocte adfuerat, optimum duxit eo illum impellere, ut exutâ propriâ voluntate, diuinæ acquiesceret, quod Christum imitaretur Sanctissi- propius, qui proposito sibi gaudio sustinuit Crucem, & in ipsis mortis augu- stijs deleri se quodammodo ab æterno Patre passus est; neque longo opus Sanctissi- mæ Eucha- ristæ su- mendæ de- fiderium.

suit verborum circuitu ad persuadendum; illico enim " Domine, inquit, si vis me non communicare, sis benedictus.) & alios alijs conformitatis amo- risque in Christum patientem actibus astus inveniens, ijs fere verbis que in diuino officio sacro Paralceues die usurpatur Ego propter te flagellavi Ae- gyptum &c Christi seruatoris benignitatem summis laudibus efferebat, qui sibi immerenti adeo fuisset propitus: Atque ut in Domini lui passionum a- liquam saltem partem veniret, à Rectore petijt ut adhibita alterius opera, cum sibi vires non essent, flagellis in se animaduerteretur. Perspectâ hac mentis æquitate, bono iussus est esse animo; non enim priuandum esse eo quod tantopere optabat sacræ Communionis solatio. Dici facile non potest quantis ad nuncium optatissimum incessiter lætitijs: quicunq; eum inuise- bat, hunc rogabat sibi ut congratularetur: & nè qua decesset non animi mo- dò sed corporis mundities, manus ac pedes lavari, indusium & cætera voluit habere recentia, humi denique in strato vimineo collocari, ut humilis Do- mini Sacratissimum corpus, quâ posset submissione fulciperet; datoque ad recollectionem aliquanto spatio in priorem lectum impositus, inter suauissima Iesu & Marie nomina, & illud usitatum fiat voluntas tua, precum- que præsidia quæ in commendatione animæ dici solent, spiritum Deo red- didit, exemplo futurus quā expetenda resit ijs præsidijs munitum ex hac vita decedere quæ Religioso in statu perseveranti deesse non possunt.

XXIV. Blondus interea septuagenario maior cum Mutio Generali agebat de officijs sarcinâ deponenda, quam quintumdecimum iam annum summa

PPP

summa

**1635.** sumimā cum laude sua & Societatis incremento gestauerat ; impetrata  
 Blondus  
 impetrata  
 dimissione  
 applicat se  
 frustra ad  
 affines in  
 Ecclesiam  
 aggregan-  
 dos.  
 Tangitur  
 Apoplexia  
 Eius virtu-  
 tes.

que dimissione , inter priuata virtutis exercitia animum applicuit ad af-  
 fines suos , si quos posset , in viam ab haeresi traducendos . In multis  
 enim prolibus ipse solus & una foror fidem Catholicam fuerant ample-  
 xi . Fratri præfertim viro Equestri & opulento , Londino non procul ha-  
 bitanti , suisque ex illo neportibus , hanc optabat precabaturque felicitatem .  
 Ea propter impunitatem à legibus in Sacerdotes latis , condonationemque  
 ostendebat , quam Rex Carolus amplissimis literis concesserat : Tum etiam  
 ut ubi liberet liceret commorari . Ut tamen ad colloquium à fratre admitte-  
 retur exorare nunquam potuit . Etsi enim alias sæpius id ille non refugera-  
 quando maius à legibus impendebat periculum : nunc importunitate prece-  
 ñe nulla induci potuit ad congresum ; seu illum lenilis ætas meticolosior de-  
 terrebat ; seu in haeresi animus quam antea obduratior , seu , ut est auara fe-  
 necetus , timor nè in fratrem sumptum facere cogeretur , quo certè Blondus  
 non egebat , neque si equissem optasset . Illa itaque spe deictus , se totum sibi  
 seruabat , nisi cum in absentia per Belgium noui Prouincialis , huius vicem  
 obire rogaretur . Ab eo tempore duos annos durauit incolumis ; sub finem  
 deinde quadragesimæ humore ex capite in dextrum latus defluente iacuit ad  
 tres quatuorūc dies vñ etiam linguae impedito : tum natura quasi expurgi-  
 cante ingrediendi & loquendi facultatibus restitutus , altera Pentecostes , cal-  
 culi doloribus oppressus & lethargo atatem longauam magnis cumulatam  
 meritis , & omni Ecclesiæ Sanctæ subsidio communitam exegit maturam æ-  
 ternitati : Sepultusque est solemní ceremonia apud PP. Capucinos , tunc  
 temporis Reginæ gratiâ Londini commorantes . Vir cuius & animi vires  
 erant illustres , & congruentissima corporis temperatio , ut illæ nullo conci-  
 titiori affectu aut casu repentina turbarentur ; hæc vix vñquam morbo  
 tentata fuerit . Qui cum vigiliarum laborumque patientissimus esset , comi-  
 tate atque affabilitate nulli secundus , prudentiâ & consilio singularis , sum-  
 mis æque atq; insimis gratissimus , omnium animos facile sibi conciliabat ,  
 & quod Collegijs in Anglia eretis ad fundationem deerat ex collectis sua  
 industria eleemosynis suppleuit , altera post Personum Missionis & Prouin-  
 ciæ columnæ . Cuius ut memoria non perpetua modò sed in futurum tempus  
 proficia sit hic adnectenda duxi quæ ab illo accepi præcepta ad utilem  
 Missionem Anglicanam peragendam . Sic enim scriptum reperio .

Monita ab  
 eo relicta . XXV. Cum vos , Patres mei , intueor qui in Anglia & qui in Belgio  
 statis ad messem Domini accincti , & simul mente verso quæ & quanta Pro-  
 uincia mihi imbecilli à tot iam retro annis incubuit , non possum non vehe-  
 menti affectu diuinæ bonitati gratias agere quæ largitate donorum suorum  
 vos tam affluenter cumulauit ut non parua oneris parte me semper leuatum  
 esse fateti debeam ipsius in primis gratiâ , & vestrâ deinde coadiuuantे virtute .  
 Quæ res impulit me hoc tempore ut vobis etiam gratias agam , & ad omnem  
 in Domino sollicitudinem adhorter , quo tam vberi gratiæ Deo , ut capiatis ,  
 constanter respondeatis . Atque